# Tractatus per modum dialogi/ de perfectione cordis a magiſtro Johanne de Gerſon compoſitus. ãno. M.cccc.xxiij. Theologꝰ loquitur ad animam criſtianam,

.T. Diliges dominũ deum tuum ex toto corde, Cum hoc tibi preceptũ ſit o anima chriſtiana. tu ad impletionẽ eius. totum cor ꝑpara. ⁊ vigilãter intende, A. Deſidero agnoſcere. totalitas cordis in quo conſiſtit. quoniam tot varijs ⁊ ad varia motibus continue ſpargitur. ⁊ nunc hac nunc illac celeriter diuiditur. ꝙ vix aut nunꝙ̃ totum in ſe collectũ feratur in vnũ. preſertim ſpũale ⁊ inuiſibile. quale deus eſt obiectũ, T. Totũ ſicut dicit Ariſto. idem eſt qꝺ perfectũ. Perfectũ vero dicit illud cui nihil deeſt, Si autem hec ꝑfectio ſimpliciter ⁊ abſolute conſideret. ſolus deus ꝑfectus et totus eſt. qꝛ ſolus eſt cui ſimpliciter nihil deeſt. in quo ſcꝫ omne illud eſt/ qꝺ melius eſt eſſe ꝙ̃ nõ eſſe, A. Hec ita eſſe nedũ fide ſed phiſica ⁊ metaphyſica demonſtratione ꝯfiteor. Verũtñ aliter loq̇ de totalitate vel ꝑfectione/ cogũt hec verba. Diliges dominũ deũ tuũ ex toto corde tuo, T. Recte ſentis et dicis o aĩa. Propterea totalitas aliqua vel ꝑfectio dicit in creaturis ſm quid vel contracte. dũ videlicet alicui rei nihil deeſt eorũ que ſibi competere debent/ iuxta hanc vel illam conditionem ſue ſpeciei vel nature. vel gratie ſupaddite, Sic enim dicitur homo ꝑfectus in corpore. dum nihil corporei deeſt qꝺ ad eius integritatẽ ⁊ cõpoſitionẽ ꝑtineat. ſed membris omnibus plene donatũ eſt, A. Nolo per multa vageris. Dic in ꝓpoſito. Quid ſit cor totũ vel perfectũ. Non quidem perfectione nature ſed moris ⁊ gratie. Sic enĩ lr̃e circunſtantia iubet intelligi, T. Triplex ſolet a mgr̃is. ipſa quã queris totalitas cordis diſtingui. que ſub quadam latitudine vnita/ totalitas dici põt. diuerſos ſm maius ⁊ minus gradus habens, Unde cor totum ſeu perfectũ dicitur. qꝺ ſpiritus ſanctꝰ inhabitat per gratiã gratũ facientẽ. quoniam tali cordi ſic ſe habenti non ſtat vt aliquid deſit eoꝝ que ſibi neceſſaria ſunt ad ſalutẽ, Jam enĩ nõ in gratia. ſed in mortali culpa eſſet. ſi careret neceſſarijs ad ſalutẽ,

A. Diligũt igit deũ ex toto corde. ⁊ iſtud implent p̄ceptum pueri nouiter baptiſati. Dormiẽtes etiã adulti dũ ſunt in gratia. imo ⁊ vigilantes dum venialiter peccant cor ſpargentes ꝑ varia creaturarũ oblectamenta. ſalua tamen caritate, T. Illi quos dicis/ queadmodũ dicũtur deo placere per fidem. ſine qua impoſſibile eſt placere deo. dicũtur inſuper deo placere et credere. Ita ⁊ dici poſſunt deũ ex toto corde diligere. quia etſi non actualiter/ tamen et habitualiter cor habent iunctum deo, Ceterũ diſtenſio varia cordis ꝑ venialia/ cũ non auertant a deo. nõ expellit cor extra latitudinẽ totalitatis ſeu ꝑfectionis de qua loquimur, Habet aũt ſicut p̄miſimus hec latitudo totalitatis gradus aliquos/ videlicet tres in genere. quorũ gradus mõ numeratus eſt infimus, Alius eſt ſupmus in beatis. vbi cor fert actualiter ⁊ aſſidue ſm caritatis motionẽ in dei dilectionẽ ⁊ amorem. ita qꝺ nihil eſt qꝺ retardat/ aut rũpat aut interpolet/ aut impediat hmõi continuam cordis in deũ lationẽ, Tertiũ ⁊ hũc mediũ nominamꝰ gradũ/ qui ſecum venialia actualiter admittit. Nec ſolum ꝑficitur in ipm cor ꝑ caritatis habitũ/ ſed frequenter ꝑ actũ/ quãtũ humane vite huiꝰ fragilitas agi ſinit. ꝙuis ad beatitudinis finem non attingat, A. Placet hec diſtinctio. .T.
Sed ex ipa ꝯſeſtim ſequi videt. oẽm exiſtẽtem in gr̃a habere ſtatũ ꝑfectionis, T. Quare? A. Quia ꝑfecte deũ diligit ex toto corde. ⁊ hoc actualiter ſepe vt adulti. vel ſolum habitualiter vt infantes baptiſati, T. Utiꝗ ſic fateri neceſſe eſt. q̃m omnis talis eſt in ſtatu ſalutis eterne/ ⁊ religionis xp̄iane. qui ſtatus merito ꝑfectus habendꝰ eſt, A. Quid ſibi volunt igit tot de ſtatuũ varietate ⁊ ꝑfectione conquiſitiones. ſi ſtatus vnicus chriſtiane religionis ſufficiens ſit ſtatus ꝑfectionis,
T. Preſuppoſito ſemꝑ ⁊ retento eo vo qꝺ nũc intulimꝰ. nec aliquis ambigere debet xp̄ianus/ ꝙ ꝑfectio ſtatꝰ humane vite cõſiſtit in caritate, Multi ꝯſequẽter conati ſunt tradere modos ⁊ media nõ in quibꝰ eſſentialiter ꝯſiſteret perfectio cordis. Juxta Caſſianũ coll. primã. ſed ꝑ q̃ media ꝑfectio talis tanꝙ̃ finis attingeret ꝯmodiꝰ/ et augeret/ vel roboraret efficacius. q̃m iuxta p̄dicta ꝑfectionis huius latitudo/ ſuſcipit i ſe maius atꝙ̃ minꝰ, A. Supflua

(ne dicā curioſa) videt̄ eſſe de ſtatuū perfe-
ctione talis locutio. Itaq̄ꝫ nūquid legiſla-
tor xp̄s/ qui deꝰ eſt/ cuiꝰ ꝑfecta ſunt opa/ ꝑ-
fectaꝫ dedit legē. que ↄtineret media ↄmo
diſſima retinēdi ſtatū ꝑfectionis euāgelice
et in magis ac magis ꝓficiēdi/ per opa nūc
cōſilioꝝ. nūc medijs iſtis. et nūc illis? pro
qualitate ꝑſonaꝝ/ tempoꝝ/ ⁊ locoꝝ/ cū ce-
teris circūſtantijs/ que creberrime variant̄.
· T · Fuit tp̄e Conſtātieñ. ↄſilij quidā il-
lic frater ordinis p̄dicatoꝝ/ aſſerens nullū
eſſe poſſe in ſtatu ꝑfectionis/ niſi tria vota
cum ꝓfeſſione ſolēni ſuſciperet. Examina
ti doctores theologi obiecerūt de xp̄o qui
nō iſta vouit. imo nec ap̄li oēs/ nec diſci
puli. nec virgo maria. Nam in eccl'ia pri-
mitiua qñ erat ꝑfectō xp̄iana. qñ erant eis
omnia cōia/ qñ nullꝰ egens erat inter eos.
Legit̄ ꝙ vxores habuerunt multi/ ſicut ex
anania ⁊ vxore ſua colligitur. ⁊ de petro cō
ſtat. Quid rurſus ꝙ hec aſſertio ſtatui pre
latoꝝ qui dicunt̄ ſeculares detrahit. quos
tria hec vota nō feciſſe cōſtat. · A · Non
ne p̄lati oēs/ imo ⁊ clerici vniuerſi in ſacris
ordinib9 ↄſtituti votū habēt caſtitatis. nō
qualecūq̄ꝫ/ ſed ſolēne/ quale dirimeret mr̄i
moniū iam ↄtractū. · T · Hñt fateor. q̄ꝫ
uis nōnulli taliū vel neſciant vel nō atten
dant. Ideo ꝙ nō exp̄ſſerūt verbo illud vo
tum/ qđ facto ꝑ ipſaꝫ ordinis ſuſceptioneꝫ
ↄfirmauerūt. quēadmodū nouitius tranſ-
acto anno iudicat̄ ꝓfeſſus. vtens veſtib9 ꝓ
feſſorū/ nec reclamās verbo. · A · Ut vi
deo iam nō pōt de impꝑfectione ſtatus iſte
culpari ex carentia voti caſtitatis. Sed q̇d
·P· de altero duplici voto dicet̄. · T · Colli
gitur in p̄mis ↄtra dictū fratrē/ ꝙ votum
vnū pōt fieri nō additis alijs. ⁊ hoc in ſecu
lo. Colligit̄ deinceps/ ꝙ ſacerdos ſecularꝭ
habet ſtatū ꝑfectionis ſaltē in hac ꝑpetua
ſubiectōe voti caſtitatis. Colligit̄ tertio ꝙ
ſi iuramēti vinculū. ſi p̄terea fides ī baptiſ
mo ꝓmiſſa. nō minꝰ obligant deo. q̄ꝫ votuꝫ
voluntariū. nihil ꝓhibet ſacerdotes hmōi.
canonicos. collegiatos. ⁊ reddituatos/ ſta-
tum ꝑfectionis obtinere. · A · Expecto
declarationē. · T · Siquidē facilis eſt.
Nonne quilibet taliū debet obedientiaꝫ ſu-
premo abbati chriſto. ⁊ eius vicario ſupre
mo. ⁊ ↄñter inferioribus vſq̄ꝫ ad decanum
ſuū. vel alterū imediate ſibi ꝓpoſituꝫ/ quo-
cunq̄ꝫ noīe dignitatis appellet̄. ſit vnꝰ ſiue
plures in vnū ſicut capitulū. Ecce obediē
tiam. ⁊ vt ſepe iuramento firmataꝫ. Iurat
omnis de nouo gremio vniuerſitatis in-
grediens rectori ſuo. · A · Ciuiliter in-
telligit̄ tale iuramentū/ nō de omnib9 vni-
uerſaliter. ſed quātū ſe poteſtas ordinaria
rectoris extendit. · T · Fatendū eſt pla-
ne ſic intelligi. Sed nec aliter iuramenta
vel vota religioſoꝝ ſup obedientia plena-
ria reſpectu ſuoꝝ ſuperioruꝫ debet accipi/
dum videlicet ſuperior iubens regule ſe cō
formet. Alioquin in multis quilibet voto
cōſtrictus regularis obſeruātie hr̄e poteſt
et velle ⁊ nolle. Iſti latius. iſti ſtrictiꝰ. Po
teſt quoq̄ꝫ iubenti cōtra limites regulares
Abbati vel priori cur ita facis dici. ſed nō
paſſim aut leuiter ſine grādi cā. · A · Ui
deo quēadmodū ↄcludere vis. obedienti-
am in ſecularib9 prout in monachis inue-
niri. Sed quid de voto paupertatis indu-
ces. cum ſeculares ſint ꝓprietarij. ſint ſub
diſtinctis tectis. ſint in diſtinctis menſis.
ſint ementes ⁊ vendentes. dantes ⁊ mutuā
tes. · T · Uidetur iſtud nō obſtare per-
fectioni paupertatis. ſi fuerit apud tales in-
ſitum veraciter illud ꝓpheticū. diuitie ſi af-
fluant nolite cor apponere/ vt ſint talibus
vtentes/ quaſi nō vtētes. Qualis erat pau
lus/ q̄les ap̄li. quos fortaſſis dicit Aug. iō
altiſſimā vouiſſe paupertatē. ſimilit̄ de caſti
tate ⁊ obedientie votis. Qđ ſi taliter habe
re diuitias ſit impꝑfectum. Dic mihi de tot
abbatib9/ priorib9/ ceteriſq̄ꝫ plurimis reli-
gionū ꝓfeſſorib9 quid cenſebit̄. quos con-
ſtat nec ſub eodē tecto iacere. nec in eadem
menſa ↄmedere. ſedere cū ceteris. qui ven-
dunt/ emūt/ diſpenſāt/ agunt demū in nul-
lo qđ appeat ſecularib9 reddituatis diſſi-
miles. · A · Grandis potius inuenit̄ ad
huc differentia. qm̄ portio data ſecularib9
de ↄmuni dotatōe totiꝰ eccl'ie ſue. dū diui-
ditur id qđ ↄmune eſt ꝑ ſingulos/ cedit in
verū dominiū cuiuſlibet. Nō ſic apud reli
gionū ꝓfeſſores/ quorū multis ꝑmittitur
vſus rerū plurimarū/ vel ꝑ diſpenſatōe in
alios/ vel ꝑ ſua ſuſtētatōe. dñio ſemꝑ apō
ſupiores remanēte. · T · Dicūt ſcio ta-
lia plures coꝝ. ſi vero magna ꝑs aliter ſua
ſeruat/ ipi ↄſiderent. Neq̄ꝫ leuiter vel arro-
ganter ſeculares dijudicent. qui cū ſuo (q̄-
lem notant imperfectionis) dominio/ pn̄t
vſum modeſtū ne dicamus modeſtiorem
frugaliter exercere. Concludendum igitur
ad vnū/ ꝙ ſolus ſtatus religionis xp̄iane

ſub abbate xp̄o eſt ſtatus pfectionis/ ſicut
ſol⁹ eſt caritatis ⁊ ſalutis/ extra quē nec ſa/
lus ſtat/ nec pfectio. Sūt tñ in ſua latitu
dine pfectōnis vie multe. quedā pl⁹ quedā
min⁹ ad ꝯpēdiū ꝓpinquātes. A. Quid
·A· ſibi blandiūtur ergo religionū pfeſſores ⁊
inſtitutores; C. Exiſtimāt ꝙ regule
per eos date vel explicate/ dū ſub quadā p
feſſione ⁊ obligatōe retinēt ſuos profeſſo/
res/ quos cōi vocabulo religioſos dicim⁹. ipſi
iam ſtatū ingrediunt̄. nō quidē pfectionis
iam habite vel exercēde/ ſed adipiſcēde.
A. Ecce iam diuertunt iſti a vera ſignifi
catione hui⁹ qđ eſt pfectio xp̄iana. dū fatē/
tur hoīes in religionis ſtatu poſitos eē nō
ad hmōi pfectionis exercitiū/ qđ certe pre/
miſſis repugnās eſt. Eſt enī xp̄ianus oīs
in ſtatu pfectionis exercēde/ dū ſibi vacat
pro loco ⁊ tpe. imo ⁊ hoc etiā ex promiſſio
ne ſeu voto pfeſſionis baptiſmalis. cuſto/
diendo obedientiā. caſtitatē. ⁊ pauptatem
iuxta vocatōēȝ ſuā/ ⁊ ſi nō ſemp in actuali
exhibitōe/ tñ in animi p̄parationē ⁊ habitua
tione iuxta p te nūc deducta. C. Con/
tēdere nō ꝯuenit de noīb⁹/ vbi de re ꝯſtite/
rit. Rurſus omittēda eſt hmōi diſceptatio
ſup pfectione ſtatuū/ qm̄ ſapere videt̄ pha
riſaicā gloriatōēȝ. p qua ꝯpeſcēda ſcripſit
apl's ſuā pfundiſſimā ad Ro. ep'lam. Cō/
cludēs ſalutē noſtrā eē ex gr̄a dei/ vt non
glorieť ante eū ſtulta p̄ſumptio oīs carnis;
Porro q̄ de ſtat⁹ ſui pfectōe gloriat̄. Reco/
gitet ꝙ nō in ſtatu pfectionis eſſe/ ſed perfe
cte viuere laudabile eſt. Penſet q̄ quanto
gradus altior/ tāto caſus grauior. Terreat
illud Aug. Areſtotelico ꝯforme verbo. In
heremo bene viuere ſūma pfectio eſt. male
aūt viuere ſūma dānatio. Et iterū/ ſicut in
quit. nō facile inueni meliores/ quā qui pro
fecerūt in monaſterio. ſic nec eis q̄ defecert̄
deteriores. Utrū vero plures in talib⁹ vo/
catis pfectōis ſtatib⁹ pficiāt quā deficiāt/ no
lo te curioſam eē in inueſtigando. nec te/
merariā in iudicādo. nec ſuperbaȝ in ꝯtē/
nēdo. nec garrulā in diſputādo. q̄ iā i mul
torū morib⁹ p ch dolor ⁊ ꝯuerſationib⁹ ma
gis quā in codicib⁹ ⁊ diſputationib⁹ veritas
experit̄. que ꝯcludit apte religiones huiuſ
modi facticias. nequāquā dare pfectionē/ ſed
frequēter in ꝯtrariū eius qđ intenderunt/
non ſui/ ſed abutentiū vicio/ vel ex ip̄ropor
tionatis ſuis morib⁹ vite. ſeu viuendi regu
lis ſe fortaſſis altiorib⁹ miſerabiliter dila/
buntur. A. Fiat mihi ſcḋm conſiliū tuū.
quāquidē in omni ſtatu/ pfectionis hoīes
inuenire ꝯtingit/ habentes obedientiā/ ca
ſtitatē/ ⁊ pauptatē in animi pmptitudine/
ſcḋm quā in ſeculo dici pn̄t obedientes. ⁊ in
matrimonio caſti. et in maximis diuitijs
pauperes ſpiritu. Ac exinde pducūtur/ ex
his medijs ad augmentū ⁊ perfectionē ca/
ritatis/ ſupra multos in religione in celiba
tu/ in mendicitate/ viuētes. C. Recte ·B·
dicis/ ſi tamē ſolicite tibi p̄caueris ab erro/
ribus Jouiniani ⁊ alioꝝ ſimiliū detrahē/
tium pfectioni conſilioꝝ/ qui ꝯfundere vi
debantur ad vnā equalitatē ſeu paria me/
rita coniugiū cū virginitate. eſum carniuȝ
cum ieiunio. obedientiā regularē cum ſecu
lari libertate. diuitias cū pauptate/ vindi/
cationem licitā iniurie proprie. cū indulgē
tia ⁊ manſuetudine/ ⁊ ita de conſimilib⁹.
A. Abſit vt ita deſipiam/ vt obſeruatio/
ni detrahā conſiliorū. Quāuis enī nō ob/
ligent hoīem ad obſeruationē ſuā. q̄ iam
non eſſent cōſilia ſed precepta. Nihilomi/
nus teneor aſſentire ꝙ diſcreta conſilioruȝ
obſeruatio/ ceteris parib⁹ eſt pfectior quā tm̄
modo p̄ceptoꝝ. C. Docte loqueris ⁊
diſcrete de obſeruatōe ꝯſiliorū/ dū iungis
ꝙ ſit diſcreta/ et addis ceteris parib⁹. Pōt
itaq fieri/ ꝙ p̄bere alterā maxillā pcutien/
ti. aut dare palliū tollenti tunicā/ ⁊ ita d̄ cō
ſimilib⁹ ſit vicioſum. dum pcutiens aut ra
piens per impunitatē fit deterior/ ⁊ in per
niciem rei publice diſſimulatio talis ver/
git. Contingit iterū/ ꝙ homo nō obſuās
conſilia per votū/ nec per actualē opis ex/
hibitionē/ habeat intenſiorē ⁊ certiorē in
corde p̄parationē eadē obſeruādi ꝯſilia/ dū
impletionis faciēdi ſibi neceſſitas vel vti/
litas occurrerit. Quis nō dixerit pl⁹ valere
aurū quā plūbū/ ſed ceteris parib⁹ intellige.
Nā multū plūbū maioris eſt p̄cij/ paucilli
mo auro. Sic cōparationes ſemp examina.
qm̄ vix aliter eſt q̄n ꝯpata h̄re ſe poſſint vt
excedentia ⁊ exceſſa. A. Concedimus
itaq eſſe. Sed nūquid pfecti⁹ eſt iſta tria
h̄re/ obediētiā. caſtitatē/ pauptatē ſub vo/
to ſicut h̄nt religiones (quas Anſelm⁹ noīat
facticias. q̄ facte vident̄ poſt inſtitutionē
legis euāgelice) vt ea que ꝯſilioꝝ erant fie
rēt ſub p̄ceptor/ hō quaſi ſubderet ſe perpetue
ſeruituti propter illū cui ſeruire regnare ē.
et cuius regi frenis ſumma libertas eſt. et
cuius vincula ſunt alligatura ſalutaris.

Ac pinde mutet ſtatū de q̄dā libertate ſecu
li in ꝑpetuo ſub voto iugū. T. Habꝫ
hoc ōis doctoꝝ ſnīa/ ꝙ op⁹ bonū factū cū
voto/ circūſtantiā accipit q̄ de ſe meliorat
ipm. Et ꝙ religio q̄libet facticia/ ꝯſiſtit eſ/
ſentialiṫ in h̄ triplici voto. q̄uis in regulis
⁊ inſtitutōnib⁹ alijs varia ſit ⁊ lata dr̄a. ma
xime inter varietatē finis ꝓximi ſub deo fi
ne p̄intēto. Sortiṫ deniq̄ talis q̄libet reli
gio nomē ſtat⁹ rōne iā p̄tacta/ imo ⁊ ſtatus
ꝑfectōis ſm̄ modernos. antiq̄s ſilētib⁹ ap
pellaṫ. A. Quo pacto pōt iſtud nomē
tam egregiū ⁊ nobile/ plurimis q̄ ſunt in
h̄mōi religionib⁹ ꝓfeſſi ꝯuenire. q̄s eſſe ne
mo negat multū impꝑfectos vel ex ignoran
tia. vel ex naturali ⁊ morali impotētia/ vel
ex certa malicia. T. Rn̄ſio iā ſicut ⁊ ob
iectio p̄tacta eſt. ¶ Pro cui⁹ elucidatōe ple/
niori diſtinguūt loquētes de ꝑfectōe ſtatu
um/ ꝙ ſtat⁹ eſt aliq̄s ꝑfectōis nō vt habite
ſed adipiſcēde. q̄m in ipm ⁊ ꝑ ipm ſatagit
ꝓfitēs ꝑfectōeꝫ adq̄rere/ nō q̄licūq̄ mō. ſed
ſpēaliṫ ꝑ tria vota. cū ānexis regule ⁊ inſti/
tutis. Eſt inqūt ali⁹ ſtatus ꝑfectōis vt iā
habite ⁊ exercēde in alios. q̄lē dicūt eſſe ſta
tū p̄latōis. ad quē ſpectat alios nedum ſe/
ipos/ purgare/ illumiare/ ꝑficere tanq̄ hie
rarchicū ſtatū in eccl'ia. A. Ecce iā ap/
ꝓbare videṫ hec diſtinctō illud qd̄ cābaṫ ō
iproprietate locutōis. dū ſtat⁹ ꝑfectōis ille
diciṫ q̄ nō ex ſe ꝑfectos hꝫ. ſed ꝑficiēdos/ vi
deat logic⁹ ſi ſeq̄ṫ. Iſte eſt ſtat⁹ ꝑfectōis ad/
quirēde. ergo ē ſtat⁹ ꝑfectōis. Nūquid nō
apti⁹ vocaṫ ſcola/ vel via/ vel diſciplina ad
ꝑfectōeꝫ adipiſcēdā. q̄ ſtat⁹ ꝑfectōis abſo/
lute. Quis diceret ꝙ religioſus eſt in ſtatu
glorie ꝑpetue. eſt tn̄ in ſtatu talis glie. non
quidē adepte ſed adipiſcēde. T. No/
lum⁹ vt p̄diximus⁹ vbi de re ꝯſtiterit deſerui/
re ꝯtētioni de noīe. Propterea neq̄ repu/
tam⁹ hic inſiſtendū ſi ſtat⁹ curatoꝝ debeat
dici ſtat⁹/ vel tm̄mō grad⁹. vt ꝯcedaṫ gra/
dus ꝑfectōis exercēde/ ⁊ nō ſtat⁹/ ſm̄ illos
qui nō dicūt eē ſtatū ſine voto/ vel obliga/
tione ꝑpetua. A. Si ꝯcedaṫ hoc illis.
None ſūt curati ſuis eccl'ijs ſel' ſuſcept⁹ ob
ligati/ nō cedere/ nō fugere tanq̄ veri paſto/
res/ quēadmodū ſuis ſūt aſtricti maiores
p̄lati. T. Dicūt ꝙ nō. ⁊ h̄ ex duplici ſi
gno. primo q₂ pn̄t intrare religionē abſq̄
ſpēali diſpēſatōe pape. nō ſic epi. Rurſus
q₂ facultatē hn̄t liberā reſignādi vel ꝑmu/
tādi. q̄lis nō ꝯcediṫ epis. A. Diuerſi/
tas arguiṫ ex hac duplici radice. q₂ vbi ma
ius ꝑiculū. ibi cauti⁹ agēdū fuit. Eſſet autē
mai⁹ ꝑiculū. ſi fas eſſet epis paſſim eccl'ias
ſuas dimittere. q̄ de curatis. Nihilomi⁹ ē
ꝓportional' obligatio iure diuīo curato ad
ſuā eccl'iā/ ⁊ p̄latoꝝ maioꝝ ad ſuas cathe
drales. ita ſcꝫ ꝙ neutris licitū ē abſq̄ ratō/
nabili cā deſerere ceptā eccl'iā. Sꝫ euidē/
tior cā req̄riṫ/ vbi mai⁹ vt dictū ē imineret
ꝑiculū. Hinc de p̄latis papa retinuit ſibi
cognitōeꝫ ſpēalē. nō ita de curatis. T.
Probabilis ē iſta rn̄ſio. q̄ ꝯſequēṫ īfert
curatos eē tā in q̄du. q̄ in ſtatu ꝑfectōis ex
ercēde. Nō ita de religioſis. q̄. vt tales. ꝑci/
ſi ſūt. nō ꝑſūt ceteris. nec ſūt ſacerdotes nec
clerici. vn̄ monach⁹ dr̄ q̄ſi ſol⁹/ ⁊ plāgens/
ſeu dolēs. A. Quo pacto igiṫ pōt ali/
q̄s curat⁹ deſerto ſtatu ꝑfectōis maior' ad
ſtatū mioris vltro deſcēdere. vt monach⁹ fi
at. T. Diceṫ aliq̄. ꝙ hoc n̄ pōt niſi rō/
nābilis cā ſubſit. cui⁹ cāe ꝯgnitōeꝫ/ papa re
liq̄t eoꝝ ꝯſcie. Eſt aūt rōnabilis cā/ ſi cura
t⁹ videt eē ſe ſcādaloſuꝫ ꝑpl'o ſuo. ſi penit⁹ i/
eptū/ īſufficiētē/ ⁊ ignaꝝ ꝑ ſuſcepti regimī
nis officio. q̄ cāe ſufficiētes ſūt etiā in epis
vt a papa. vel ſpōtanei. vl' inuiti trāſferanṫ.
A. Mouet ex diuerſo nonnullos iſta q̄
fit trāſlatio de monachis ī epos. Aduerſaṫ
inq̄t talis aſſumptō duplici voto/ obedie
ſcꝫ ⁊ paupertatis. q̄m ⁊ diuitias hn̄t ſine ꝑfe
ctionis diminutōne. put ab eis ꝯcediṫ. et a
ſuis abbatib⁹ cū regularib⁹ diſciplinis ab/
ſoluūṫ. T. Rn̄dēt iſti diuitias ſe hr̄e ī
epiſcopio. Nō in ꝓprietate poſſeſſiōis. ſed
in officiū diſpēſatōis. Dāt exēplū de mr̄i/
monio. qd̄ daṫ primo homi in officiū ꝓpa/
gatōis/ nō in remediū libidinis. vt mō da
tur aliquib⁹ hac ſola de cā. q̄s eſſe ꝯſtat nō
idoneos ad ꝓlificandū. Sic inq̄unt diui/
tie retinenṫ a q̄buſdā vt ſecularib⁹ pro ſolo
ſui ſolatio. nō in officiū. E cōuerſo repiṫ ī
p̄latis monachis/ q̄ diuitias q̄b⁹ añ renun
ciauerūt nō amplectunṫ in p̄latura ꝑ ſola/
tio ꝓprio magis q̄ antea. ſed ad diſpēſatio
nis obſeq̄oſum in paupes officiū. A.
Deſup ē inſpector de⁹. q̄ nouit intētiones
cordis alr̄ in plurib⁹ ſe hr̄e q̄ dicit. Opib⁹
credite. T. Loq̄mur h̄ nō q̄les ſint. ſꝫ
quales eē debeāt monachi. dū p̄laturas aſ/
ſumūt. Qui p̄terea nō abſoluūtur ab obe/
dientia. ſꝫ mutāt illā ſub ſūmo pōtifice. q̄n/
tū ⁊ q̄liter priorē vitā₃ viderit regularē nō
poſſe cum p̄lationis executione ſeruari.

A Confirmãt hoc ea que ſup ſeculariũ
obedientia diſſeruiſti. Sed nũquid ſuper
eſſe difficultas maioꝛ videt in mendicanti
bus/qui iam vtiq nequeũt vere dici men/
dicantes/cũ ſuppetat eis ius plenum diui
num naturale ⁊ poſitiuũ/recipiendi tpa/
lia a ſubditis: ita vt ipi iam nõ ſolo titulo
naturalis neceſſitatis accipiant neceſſaria
qui titulus ſolus ꝓprie reddit mẽdicantez/
eſſe ſimul ⁊ dici. Alioquin reges gentiũ ⁊
omnis hõ generaliter accipiẽs aliquid ab
altero qui dat ſponte. dici poſſit mendica/
re. T Diceret aliqui mendicantes id
circo remanere/ qꝛ titulo poſſeſſorio renũ/
ciant/⁊ ſolo quo ↄtenti ſunt titulo paupta
tis aut naturalis neceſſitatis petunt grat. ꝑ
nec vꝛgent ſi negent/ nec titulo iuris diui/
ni vel naturalis impellũtꝛ hoc ꝑ cauſa ſua:
ſed de paupibꝫ curant certant/ ⁊ diſceptãt/
A Fateoꝛ ita vel dici vel fingi poſſe/ ſed
veritas nec illudit/nec caſſat. T Sic
volunt dici xp̃m fuiſſe mendicũ/ nõ quoni
am eſſet dñs vniuerſoꝝ. Quid eñi verius
ſed abdicauit a ſe etſi nõ dominiũ tamẽ do
minij vſum. Sic voluerũt aliqui nedum
monachos/nedũ clericos/ſed p̃latos om/
nes cũ papa ⁊ cardinalibꝫ debere paupes
eſſe/vel mendicos. exẽplo xp̃i mgr̃i. Dicũt
alij minus intpate loquẽtes q ecclẽſiaſtici
ſeculares/etſi nõ mendicẽt/ viuũt ſaltez de
elemoſinis q̃ſi ſcꝫ pure gratis collata ſuſce
perint/ ⁊ nõ vt operarij digni cibo ſuo/ dño
pro ſe ⁊ alijs deſeruientes.

D **Secũda pars prin**
cipalis que ſtatim oſtendit quid inquirit.

Omittimus interim materiam
hanc mẽdicitatis/ que q̃t diffi/
cultates ⁊ ambages attulerit/p/
ſertim in regula minoꝝ/ qui ex
ꝓpriatione aſſumũt ⁊ in ꝓprio. ⁊ in ↄmuni/
multitudo decretaliũ extrauagantiũ nunc
iſtarũ nunc illarũ/maxime tpe Joh. xxij. ſa
tis inſinuat. Reuertat oꝛo ſermo noſter ad
initiũ/qđ erat inherere ſup cordis totalita
te ſeu perfectione. vbi queſtio ſurgit ſcitu
digna/ſcꝫ ſi coꝛ teneat pro ſua pfectione ſ/
uanda/ſemp illud agere qđ reputauerit eẽ
deo placẽti/meritiq maioꝛis. T Re
ſoluit hec queſtio tua ſub generalioꝛibꝫ ter
minis. Si ꝓpoſitis alicui duobꝫ bonis ĩ
cõpoſſibilibꝫ/ſemp qđ melius eſt/ illud eli
gere teneat. A Placet reſolutio/pro/
ſequere q̃d ſit in ea veritatis. T Fue/
runt dicẽtes/maius bonũ dum ꝓponit vo
luntati ſemp amplius mouere/nec poſſe vo/
luntatẽ in electione boni minoꝛis tũc fer/
ri. Alioquin data eſſet facultas libertatis ĩ
malũ voluntatis. A Scis ꝑ articulũ
ꝑiſieñ. hoc eſſe dãnatũ/ ⁊ tamẽ quid ad ra/
tione taliũ rñdet. elucida. qꝛ ꝓpoſitis ſimul
duobꝫ diſparibꝫ in bonitate/ ſemp minus
bonũ ↄparatũ maioꝛi habet rationem mali.
Volũtas aũt nunq ferri põt in apparens
malũ/ſm dionyſ. ⁊ areſto. qꝛ nemo ad ma/
lum aſpiciens opat. T Fortiter op/
ponis. ſed vtrũq diſſoluit. ſi pfunde reſpi/
ciatur. natura liberi arbitrij. qđ eſt facultas
rationis ⁊ volũtatis/ſiue liberũ de ratione
iudiciũ. Cetere nimirũ creature nõ ratio/
nales ferunt in finẽ ſuũ ex pdeterminatio/
ne ſupioꝛis cauſe regentis/ nec habẽt ĩ ſua
poteſtate modos oppoſitos tendendi ĩ ſu/
os fines. Sed vno mõ quelibet ſpẽs opa
tur. vt yrundo quelibet facit nidũ ſuũ pari
mõ. ſic apis fauos. ſic aranea telas/ ſic foꝛ/
mica colligit bladũ. At vero rõnalis creatu
ra/quia pcipit ꝑ inſitã ⁊ ↄiunctã rationez/
diuerſos modos ad eundẽ finem venien/
di/nec ad vnũ limitat. facultatẽ habet hoc
vel illo medio vti. Hoc aũt nõ eſt in malũ.
ſed grande priuilegiũ volũtatis. q̃uis illo
contingat abuti. A Nõne ſalubꝛius
eſſet humane creature. q inſtar aĩaliũ liga/
retur. ad vnũ ↄſecutionis finis ſui moduz.
quia ꝑinde nec peccaret/ nec a ſuo fine de/
ficeret. Nõne pterea ſic videm in ſublimio
ribus creaturis/ q pfectioꝛes inter eas ſũt/
que ſub paucioꝛibꝫ motibꝫ finem ſuũ cõſe/
quũtur. ſicut deus in ſe pfectiſſim eſt/ qui
nullo vel eget vel agitat motu. Cur igitur
nõ erit ſic in inferioꝛibꝫ creaturaꝝ. ⁊ in ho
minibꝫ ſicut in angelis. T Volũtas
optima ſapientiſſima/ ⁊ oꝛdinatiſſima pri
mi cõditoꝛis/in hominibꝫ ſolerter attẽden
da eſt/ quoꝝ duplex eſt ſtatus poſt primũ
innocẽtie depditũ. vnus vie. alius patrie.
Verũ illud erit in patria. qđ arguis de mo/
tuũ quadã vnitate. quẽadmodũ nũc exem/
plificas in angelis. Sed in via que da/
ta eſt ad merendũ voluit altiſſim hanc ho
minibꝫ dare facultatẽ/ vt relinqueret eos ĩ
manu cõſilij ſui. Alioquin neceſſitas limi
tata/quã laudẽ/quod meritũ/quod premi
um repoꝛtaret. Huc accedit gratie donuz
paratũ omnibꝫ non renitentibꝫ. qđ diuio

quodam ⁊ vnico nec ꝑturbabili ductu/ꝑ/
mouet ad vltimū finē noſtrū:nō minus ꝙ̄
grauitas deorſum aut leuitas ſurſum;
E. A. Supeſt prior mea obiectio/ꝙ minus
bonū reſpectu alioꝝ incōpoſſibilis/hab;
ratōez mali, T. Demū ſatis: ſed neq̄/
unt oīa ſimul dici, Concedo in primis. ꝙ
volūtas nō pōt fieri in malū ſub rōne ma/
li.cū bonū vel appēs bonū ſit ꝓpriū eius
obiectū: Quin etiā min⁹ bonū maiori col/
latū incōpoſſibili/pōt ſub hac ꝓciſa colla/
tionis rōne rōez hr̄e mali/⁊ ita nec poterit
vt ſic acceptari:verū tñ habetur hic duplex
euaſionis ſeu remedij via, Primā dicim⁹
facultatē ſuſpenſiuā/quaſi mediā in velle
et nolle:fugam ⁊ ꝓſecutionē:acceptionem
et refutationē, Cui⁹ facultatis ſuſpenſiue
tanta virtus eſt in via/ꝙ ꝓpoſitis quibuſ/
cunq̄ obiectis bonis aut malis citra vlti/
mū finē/imo ſm plurimos ipo etiam vlti
mo fine ꝓpoſito/poterit ſe voluntas tenere
in ſuſpenſo.ne neutrū acceptet vel refutet.
ſ; ſe figat cū rōne q̄ſi pl⁹ deliberatura, Nec
opʒ hic q̄rere quō pōt hoc fieri/qm̄ natu
ra volūtatis ſic a primo ꝯditore data ē ſup
agentia naturalia/vt nō rapiat̄ ſeu ꝯpella
tur mox irruere/ſed ſe ſiſtere fas habeat/ac
ꝑinde ſpaciū deliberatōis ne fallat̄ ita ſibi
cōceſſum eſt, Nec eſt altera ꝓ vitādis erro/
ribus ⁊ vicijs ꝯſultior exercitatio, Prudē/
tie quidē nil obeſt ampli⁹ ꝙ̄ ꝓcipitatio/ne
q̄ rōem cōſulēs/neq̄ ꝯſulenti morā gerēs,
A. Uideo iuxta viā hanc non oportere vt
duob; bonis inequalib; ꝓpoſitis ⁊ incom/
poſſibilib;/volūtas neceſſario velit maius
bonū, T. Nō opʒ vt eligat/quia nec
opʒ vt conferat ad inuicē illa duo bona/
ſed fertur vltro in obiectū ſuū,qđ in ſe bo/
nū eſt/⁊ vt tale pn̄tat̄ ſibi, At ſi ꝑges inq̄/
rere cur deſerit maius bonū: Rn̄debo qm̄
ſola volūtas eſt ſibi frequēter ſufficiēs cau
ſa vel ratio ꝙ iſtud eligit.⁊ illud non: Nec
exterior alia ratio querenda eſt, Cur iſtud
vocant aliqui experientiā ꝓprie libertatis vel
vſum eius: vt ſi queraf a voluntate.cur ita
facis/iure rn̄deat illud ſatiricum inferens,
Sic volo ſic iubeo/ſit pro ratōe voluntas;
Et itaq̄ nullū poſſumus in diuina volū/
tate reſpectu creaturarū.hoc vel illo tp̄e vel
gradu vel ſpecie cur aliud inuenire: Sed
nec apud grāmaticos in plurib; impoſitō
nibus termioꝝ aliter dicunt/ꝙ̄ ſic placuit
impoſitori: Quāuis cauſarū inquiſitio ꝓ

pinquarū non fruſtra ſit ad cognitionem
diuinorum/nobis qui primā ⁊ ſufficien/
tem non ſufficienter poſſumus intueri:q
plene cognita nihil inſcitum liquetur;
A. Tranſi nunc ad formam ꝓpoſite du/
bitationis: apiendo non quid voluntas
poſſit/ſed quid agere teneatur, T. Te
nebitur aliquādo minus bonum prepo/
nere vel acceptare/dum eſt alteri maiori in
compoſſibile/⁊ hoc dum minus bonū ca/
dit ſub precepto.⁊ maius eſt in ſolo conſi
lio, A. Fateor hoc, Sed ponam⁹ am/
borum quodlibet cadere ſub precepto,nō
quidē ſimul/ quoniā implicaret/ cum po/
nantur incōpoſſibilia/ſed ſub diſtinctōne
qua tenet̄ iſte vel vnū vel alterū de duob;
acceptare:nūquid peccabit minus bonū
eligendo/ſpreto maiori; T. Pendet re
ſponſio maxime ex cōſideratione libertatꝭ
iam expoſita/ſm quam poteſt abbreuiato
verbo dici/ꝙ ſufficit eligere minus bonū.
non equidē ſub hac ratione qua eſt min⁹
bonū/ſed quia bonū/ ⁊ quia ſub diſtinctō
F. ne.licet nō abſolute preceptū, A. Red
das oro ꝑſpicuā hanc concluſionē: queſi
non concedit̄ neſcio quis hominū viato/
rum tutus erit/quin teneat̄ illud ſemꝑ age
re/quod melius eſſe ꝑſpexerit, Hoc vero ſi
quis compleat aut implere valeat circūda
tus tot infirmitatibus/ non ſatis inſpicio,
Rurſus ex aduerſo militat doctoꝝ magne
reputationis aſſertio/ꝙ in ꝑficiendo regi
minib; animarū tenetur p̄latus eligere me
liorem, Militat illud/qđ nolle fieri ꝑfectū/
iam contēnere eſt, Nam regredi/eſt iam lā
guere eſt circa precepta dei/iam nō ex toto
corde.ex tota mente.ex tota anima.ex om/
ni fortitudine.ex virib; omnib; diligere de
um:quoniā maiorib; omiſſis dat homo
ſe minorib;, T. Potenter ad vtrālib;
arguis: Stat nihilomin⁹ veritas in robo
re ſuo/ cuius ignorantia ſcrupulos affert
inextricabiles.cōſcientijs volentibus am/
bulare in via dei/dum vel in ſpem temera/
riam/vel in timorem irrationabilem dila/
buntur, A. Tuum erit igitur palā fa
cere veritatem hanc precipue per manudu
ctiones exemplorum morales et groſſas/
prout exigit hec materia, T. Fiat, Cō
ſtituamus mentis oculos in religionibus
approbatis nec lapſis/vt Carthuſienſ.et
celeſtinorum (Hodie enim celebritas agi
tur Petri celeſtini) Sit prior/habens ſub

ſe quatuor fratres.petrū.paulū.andream.
Jacobum, Dicit eis cōuocatis, Ecce qua
tuor ſunt officia pro conuictu religioſo cō
plenda, Primū eſt cōtinuatio diuini ſerui
tij/vel diuini operis in eccleſia. Secundū
eſt miniſtratio ciborū ꝛ aliorū neceſſariorū
fratribꝫ. Tertiū eſt ſcriptura librorū qui-
bus fratres informent. Quartū ſpeculatō
diuinorū exemplo marie. ſicut neceſſario-
rum miſtrationē habet martha, Pono di-
cit prior/electionē cuiuſlibet iſtorum vni-
cuiqꝫ veſtrū/cuius voluntas mea vel cōſi-
lium magis declinaret iniūgere tibi petro
primū officiū.tibi paulo ſcdm.tibi andree
tertiū.tibi iacobo quartū, At vero magr̄/
verbo xpi ad cecū. Dic quid vis vt faciam
tibi, A, Recipio caſum. ꝛ quid elicere
vis expecto, T, Uolo ſane primus eli
cere/ꝙ vtercꝫ premiſſorū/ liber eſt accepta-
re vnū de quatuor. vbi ꝛ prior vnum fieri
per alterū melius iudicabit non cogendo/
ſed conſulendo, A, Perge ꝯſequenter,
T, Pergo/dicens ꝙ inter opa quatuor
anteposita nō dubiū quin vnum ſit de ſe ꝛ
in genere ſuo meliuſqꝫ alterū. Nihilomi-
nus dicit(arbitror)nemo peccare petrum/
ſi voluerit in illo qđ de ſcđo loco vel tertio
propoſitū eſt exerceri, A, Des aliud
elucidationis exemplum. T, Sit ho
mo multas a deo gratias habēs. vnā pre-
dicationis popularis. Alterā lectionis do
ctoralis. Alterā inquiſitionis nouarū veri
tatū p ꝯfutādis hereticis. vnā quoqꝫ ſolita
rie quietis ad vacandū ſibi cōtēplandūqꝫ
celeſtia, Conſtat vtrālibet harū gratiarū
talentū eſſe ꝯmiſſum a deo. Cōſtat pterea
nō poſſe ſimul vtrūqꝫ talentū hmōi poſſe
ex equo diſtribui, Remaneat igit̄ oportet
optio poſſidenti/ quā gratiā exequi-ne va-
cua ſit eligere. excepto dūtaxat vrgētis ne-
ceſſitatis articulo/quo caſu vel ſimili iam
nō eſſet duorū diſſimiliū ꝛ incōpoſſibiliū
electio libera. ſed ad vnū limitatio certa;
B A, Reſpiciūt exēpla priora primū. Dic
exemplum reſpiciēs hominē ad ſeipm;
T, Querunt doctores ſi debeat hō ſemp
ꝯteri de peccatis. Rñdēt inter cetera mul-
ta.ꝙ doloroſa contritio qñqꝫ poſſit obeſſe
melioribꝫ exercitijs. quo caſu poſſit obmit
ti ꝯtinuatio ſua, Sic dicet̄ de cōpaſſioni-
bus a primi calamitatibꝫ. qm̄ iubemur fle
re cum flentibꝫ.nihilominꝰ obmitti poteſt
hec cōpaſſio vel recogitatio p bonis alijs

Diceret̄ ſimiliter ſup innumeris alioquin
nunqꝫ eſſet finis/nunqꝫ conſiliū certū/nū-
qꝫ exercitiū ſtabile circa quodcūqꝫ.niſi con
cluſio teneretur conformis ei que dicta eſt
Sufficere poteſt homini deū querēti.de-
um toto corde diligentiꝰ ſi ea ſtuduerit im-
plere que ſibi pcepta ſunt. Juxta illō. Si
vis ad vitā ingredi ſerua mādata, A,
Quid eſt igit̄ ꝙ ſup inſtinctibꝫ tot ꝛ tanta
ſcripta ſunt/vt ſequat̄ homo meliora q̄ in-
ſpirat ei deus. Nec lāgueat(vt iā de grego
rio ſumptū dicebat̄)circa pcepta.ſed atten
dat que ſit volūtas dei.nō tm̄modo bona.
ſed beneplacēs ꝛ pfecta. Sit deniqꝫ ſpūa-
lis diſcernēs inter omnē diē, T, De
ditatꝰ ſum plurima p annos plurimos ſu-
per inſtinctibꝫ hmōi/ ſi poſſet fundari ſta-
bilis regulatio cordis noſtri. tandē non in
uenio regulā certiorem ꝛ fideliorē qꝫ dei le
gem.iuxta illud ps. Conſiliū meū iuſtifi-
cationes tue/in quibꝫ.ſ.deus ſemel locutꝰ
eſt/ꝛ idipm non repetit, Scribit aūt pro-
pheta terribilē de ſequentibꝫ cor ſuū/ſentē
tiam, Dimiſit inquit eos ſm deſideria cor
dis eorū. Jbūt in adinuētionibꝫ ſuis, Ui-
uit iſte qui crebro cōmonitus vt crederet
amicorū conſilio. Rñdebat ſe vtiqꝫ velle/
imo ꝛ debere illud facere, Nam quis eſt ad
errandū pcliuior. qꝫ qui ſpreto aliorū con-
ſilio ſuo fiſus fuerit, Subiūgebat, Fac
igitur hoc ꝛ illud quale cōſulimꝰ, Subſi-
ſtebat inquirēs, Si ſub pena peccati mor
talis ꝯſulerent illud agendū ſibi. quo caſu
nollet obniti ſed eniti ꝯplere. Si vero de-
centiā quādā tpi vel rebꝫ accōmodā dum
taxat intēderēt ſuadere/dicebat hoc rema-
nere in arbitrio ſuo.qꝛ nō tenemur ſp ꝛ in
omnibꝫ meliora ꝯplecti, A, Noui quē
intelligi das ſilētio. vellē dares ſui talis re-
ſponſi rationē, T, Eſt incōprehēſibi
lis humane diuerſitas ꝯplexionis vel ꝯdi
tionis/nedū in pluribꝫ hominibꝫ/ſed in vno
eodēqꝫ diuerſis.nō dico annis.non menſi
bus.nō hebdomadis.ſed diebus horis et
momentis, Notū eſt inſup illud Ariſto.ꝙ
delectatio in opatione tenet ꝛ auget illam
Et metrū vulgatum habet. Quō natura ne
gat nemo feliciter audet. Et quoniā con-
ſuetudo eſt altera natura.hinc ſuadetur vt
quam quiſqꝫ nouit ꝛ in qua nutritus eſt ex
erceat artem/ ꝛ ſit cōtentus ſorte ſua, Cur
non poterit ꝯſcius homo cōditionis ꝛ in-
clinationis pprie/p tpe vel ꝯſuetudīe dare

ſe tali q̄ȯ operat̄ delectabiliter exercitio, et
ſi videat̄ humilius ſtatu ſuo. Hoc tñ obſer-
uato iugiter, q̄ preceptiua domini volun-
tas fiat. aut eam dum apparuerit implere
paratus ſit. dicens ex ſententia illud oratõ
H nis dñice, Fiat volũtas tua. A. Rema
net adhuc poſt oĩa prior allegatio, q̄ nolle
fieri pfectũ peccatũ eſt. q̄ꝛ iam non ex toto
corde diligit̄ deus. L. Imo dicunt ta
les q̄ hoc eſt fieri pfectũ/ ⁊ ex toto corde di
ligere deũ/ dum cauẽt in primis offendere
criminaliter eũ. dum pterea ſuſcipiũt cum
grã pactõe gratiã bonitatis ſue/ que nolu-
it eos obligare vt ſemꝑ illud agere tenerẽt
q̄ȯ eſſet in ſe meli⁹. ſed acceptat de paupcu
la nr̃a mun⁹ obſequij qualiſcũq;. Nec; po
ſtremo ſic languẽt circa precepta que ſibi
ſuſcipiũt implẽda/ quin iſta ſtrẽnue. vigi-
lanter. integre ⁊ quaſi ſuperogãter ſtudeãt
exercere. Sint q; in iſto ſtatu patientes at
q; longanimes/ non vt Cayn vagi p⁹ alie
ni ſtatus oblectationes. nõ profugi a facie
tribulationũ/ quas ſuus ſecũ ſtatus affert.
ſcientes nullũ prorſus eſſe viatoris ſtatu3
quem nõ circũſtent aduerſitates plurime.
Propterea non querit ob aduerſitates ſui
ſtatus mox in aliũ vel aliũ fieri tranſitum.
ſed perſtat patientia vincens eas/ cum illa
ſecuritate conſcientie/ qua iudicat eſſe ſta-
tum ſuum cum ſalute. Alioquin fateor vel
mutandus eſſet/ vel corrigendus/ vel deſe-
rendus. Nos aũt loquimur aduerſus eos
qui volunt in omnib⁹ ſcire quid melius ẽ.
quaſi nõ ſatis ſit in chriſtiano/ ſi ſe ſciat in
ſtatu ſalutis eſſe. Nec; tamen ad ſublimio
ra qñq; probibemus progredi. Sed nec;
ad hoc ſemꝑ teneri ſentiamus/. nec; ſemꝑ
expedire pronũciamus. propter inſtabili-
tatis detrimentũ. Quo fit vt minora tene-
re fortiter ſepe ſit conſultius. q̄ȝ aſſidua va-
cillatione ad prerupta niti. Nos ſuppoſi-
ta doceant exempla. Petrus eligens inſe-
qui ſeruitiũ eccleſiaſticũ. cõtinuabit illud.
nihil aliud attendens. quod ſocijs nouerit
impoſitum. Paulus ita miniſtrabit tem-
poralia. vt non neceſſe habeant conqueri
ſpiritualib⁹ intendentes. Andreas indu-
ſtria fideli ſcribet libros alijs profuturos.
Jacobus itaq; ſe dabit deuotioni. ita ſtu-
debit in celis conuerſari. q̄ alijs in occupa
tione poſitis. gratiam. auxilium. ⁊ gloria3
valeat promereri. Recte. ſicut in vno cor-
pore vero/ laudatur membrum ſi rite fece-
rit officium deputatum. quãuis appareat
altero vilius. Vituperat̄ autem/ ſi prepo-
ſtere velit alienum licet honorabilius offi
cium accipere. Sic in corpore myſtico di-
uiſiones gratiarũ eſſe cõmemorauit pluri
es apoſtolus. Poteſt ille predicare. ſit ita.
poteſt etiam libere cõtemplari. Poteſt in
homine manus vice pedum corpus aliqñ
ſuſtentare. Nemo tamen diceret man⁹ de-
bere paſſim/ ambulationi ſe tradere. A.
Sentio cõmonita. multaq; profunde re-
cogitas q̄ centralis finalis punctaliſq; re
ductio in via dei eſt pre ceteris omnibus/
veraciter agnoſcere quid iubeat de⁹. Sit
ille ſũmus abbas noſter. ſit noſter paſtor.
nos oues ſimplices paſcue eius. Alioqn
quantũcunq; ſit zelus ardens et feruidus.
ille tanq; ſcientia carens preceps eſt ad rui
nam. L. Propterea beatus vir qui in
lege domini meditatur die ac nocte. vt ſci-
at quid iubendo probibendoq;. velit de-
us. Nam per conſiliũ ligatur nemo. q̄ȝuis
raro fiat vt homines precepta ſtrẽnue cõ-
pleant. quin quodãmodo ſupererogent. et
miſceantur conſilijs. Vide q̄ qui diligit
deum exempli gratia. ſub quatuor gradib⁹
poſſet implere preceptum. ſub vno gradu
vel duobus. facit igitur amplius q̄ȝ neceſ-
ſe fuerit ad ſalutem. quod ſuperogatio con
ſilij nominari poteſt. Adde multos eẽ qui
perfectiorib⁹ operib⁹ intendentes. minus
incompabiliter adquirerent de perfectio-
ne dilectionis dei. q̄ȝ in ſua propria vel ele
ctione vel vocatione pmanentes in imper
fectioribus. Fuit apud athenas quidã ma
gnus ciuis. cui quaſi pro cõtumelia cõmiſ
ſa eſt emundatio platearũ ciuitatis. Su-
ſcipio libens inquit. ⁊ talem operam dabo.
vt ipſa ciuitas munda ſit. Quo ſic imple-
tõ. contigit vt officiũ prius viliſſimu3 glo-
rioſum putaret. Dixit vnus de prudenti-
bus noſtre etatis. dum fieret collatio ſuper
officijs vel artibus vel ſcientijs. Quiſquis
in ſua arte ſic exhibet ſe vt excellat in ea. ille
laudandus/ ille ſuſcipiendus/ ille eligen-
dus. A. Supereſt adhuc ſcrupul⁹ ve- I
hemens/ ortu3 habens ex predictis. que vi
dentur aſſerere nullũ eſſe conſiliũ vel q̄rẽn
dum vel dandũ niſi de preceptis. Qȯ dice
re quid aliud eſt q̄ȝ conſiliorũ pꝛogatiuam
penitus annullare. dimiſſo quolibet ho-
mine in latitudine pceptoꝝ. L. Si
data eſſet cuilibet homini tanta cognitio

diuinoꝝ p̄ceptoꝝ. tanta ad illoꝝ ꝯpletio/
nem dilectio quãta requirit᷑ ⁊ ſufficit ad fi/
nem beatitudinis adquirendũ. nõ eẽt op⁹
amplioꝛi cõſilio. hec ſentẽtia eſſet ſatis cui
libet. hoc fac ⁊ viues. Verũ longe aliter eſt.
Hinc religiões ꝑticulares ſub xp̄i religio/
ne generali. ⁊ de ſe ſufficienti ſupaddite mł
tiplicateq; ſunt. Hinc quotidie noua vel
incipientiũ in via dei/vel in ea proficienti
um ꝯſilia. Hinc poꝛro tam multiplex apõ
plurimos cõquiſitio partim verax/partim
fallax/⁊ ſepius mendax/ſuꝑ diſtributione
talenti cõmiſſi. quale ſibi quiſq; ſuadet le/
uibus ex cauſis eſſe datum. Sit illud talẽ
tum ſcientia ꝯquiſita. Sit eloquẽtia in re
bus humanis. ſit animaꝝ regendarũ ars.
ſit zelus eaꝝ. Hinc appetitus ille nõ dicam
ab initio. p̄laturarũ/magiſterioꝝ/officioꝝ
p̄dicatoꝝ ad populũ. que omnia reuela/
ret vtinam caro ⁊ ſanguis. Deniq; religio
num ingreſſus ⁊ profeſſio miſcet aliquan
do ſeclũ puluerẽ. ſi nõ lutum denſum ſuſtẽ/
tationis habende carnaliter ocioſe ⁊ laute.
nec ſp̃us in manib⁹ p̄lati ponit᷑ aut reci/
pitur/ſed caro. A. Negare nequeo/ſic
et nõ dolere nõ valeo miſeriã noſtrã hanc
cõmunẽ/que vt freq̃ter incedit nõ recto
nec imaculato calle. Sed nõ ne verũ ẽ ap̄li
dictũ. Qui ep̃atũ deſiderat. bonũ opus de
ſiderat. Nõ dictũ cõprehendit in ſe pꝛima
tum quoꝛũlibet alioꝝ regiminũ. T.
Trahis ad materiam diu multũq; nobis
alias ventilatã. Sed hoc vnũ referre plac;
ad p̄ñs. veluti cõcluſerim ꝑ ap̄lica verba.
Si potes liber fieri magis vtere. Scis q̃/
niam omnis p̄latio ſeu dñatio veriſſime ſ
uitus eſt. Nec fruſtra. nec ficte. nec mẽdoſe
dicit ſe ſumm⁹ pontifex ſeruũ ſeruoꝝ/ tãq;
habẽs omnes hoĩes impoſitos ſuꝑ caput
ſuũ. redditur⁹ de omnib⁹ ratõẽ. Si conſi
deret igit᷑ vehemẽter ⁊ acriter homo. q̃; ni/
hil de ſe poſſit humana induſtria ꝓ ſalute
pro coꝛrectõne/pro eruditione hoĩm. Ita
vt vbi plus aliquãdo proficere crediderit/
ibidẽ nõ ꝓdeſſe ſed obeſſe freq̃ẽter reꝑiat.
quia ꝑuerſi difficile coꝛrigunt᷑. ⁊ ſtultoꝝ in
finit⁹ eſt numerus. Mirabit᷑ ꝑfecto ſtolidi
tatẽ humane p̄ſumptõnis nõ expectantis
vt vocet᷑. nec vocari ſatis eſſet. niſi ſimul co
geret᷑. Quo pacto cogeret᷑. Per auctoꝛita
tem ⁊ legẽ. vel dei reuelãtis. vel p̄lati mittẽ
tis. vel vrgentis. vel ineuitabilis neceſſita
·R· tis. Sed allegabis gregoriũ in omelia.

Nemo eſt qui veraciter dicere poſſit. Talẽ
tum minime accepi. nõ eſt vnde rõem po/
nere cogar. O deus equiſſime quot hoĩm
temerarios auſus hec cõſideratio minus
intellecta fefellit. Quot inſultationes ina/
nes/⁊ noxias proximoꝝ rep̄henſiones in/
duxit. Teſtis eſt ⁊ valdẽ ſua ſecta. cũ ſuis
cõplicib⁹ innumeris. Aduerſus q̃s opoꝛ/
tuit decretales cõdere/ ne quis auctoꝛitate
pꝛopꝛia p̄ſumeret p̄dicare. Nõ ad ceteros
actus hierarchicos extendit. imo nec frat/
na coꝛrectio fieri ſecure poteſt. niſi mł'to di
ſcretionis ſale condita ſit. A. Qua ra/
tione poterit ergo diuinũ p̄ceptũ comple/
ri. dilige proximũ tuũ ſicut teipm̃. Cui cõ/
ſonat illud ſapientis. Mandauit de⁹ vni/
cuiq; de proximo ſuo. Deniq; de elia non
tam coꝛpaliter q̃; ſp̃ũaliter largienda. Et
quia maledicit᷑ qui frumentũ abſcondit in
populis. Nam ſapientia abſcondita ⁊ the
ſaurus inuiſus/que vtilitas in vtriſq;. Et
ſeruus piger. non quia diſſipauit. ſed quia
in ſudario (qđ mundũ eſt) pecuniã ſerua/
uit domini. ſeueriſſime dãnat᷑ eſt. T.
Mouent iſta dum allegantur. Habendũ
eſt idcirco ſuper talibus conſilium. vt ſcire
valeat homo quid agendũ. Agendum in/
telligo non ꝑ ſolam erogationem conſilij.
ſed neceſſitate p̄cepti. Conſurgit autẽ p̄e
ceptum altero trium modoꝛũ quos tetigi/
mus. vel a deo reuelante. Vel p̄lato legi/
time iubente. Vel vrgente neceſſitate. Ad/
dimus quartum. Si facta eſt obligatio vl
tronea voluntate. Que vero ſit neceſſitas
vrgens. determinari non poteſt. niſi prout
ſapiens iudicabit. quãuis collatio de obli
gatione ad elemoſinã coꝛpalẽ ſatis appꝛo
ximat ad inueniendum obligationem ele/
moſine ſpiritualis. Tu qui times de ab
ſconſione talenti/ qui dum tibi vacas di/
cis. vt quid perditio hec. Exerce potiſſimũ
tui coꝛdis talentum. fac omnibus de illo
ſeruitium. Sit in eo peregrinatio tua. ſit
p̄dicatio. ſit cõmonitio. ſit elemoſine di/
ſtributio. ſit illud hoſpitale miſeroꝛũ om/
nium. Quo pacto dices. oꝛando pro qua/
libet ⁊ in qualibet aduerſitate proximoꝛũ.
pro ſua eruditione. caſtigatione. conſola/
tione. patientia. cibo. potu. veſte ſanitateq;
Sciet pater omnium deus/ et volet deſi/
derium pauperis exaudire. et p̄paratio/
nem eoꝛum audiet auris ſua. Anima.
Quantum poteſt colligere attentio mea

de premiſſis omnibus circa perfectionem cordis in dei dilectione conquiſitis. Primum ⁊ principium eſt ſemper oculũ cordis habere prout ſapiens iuſſit ad illa que precepit deus. Cetera vero omnia tã𝑞̃ iu uãtia q̃dã acceſſoria reputare/ niſi pro q̃nto fuerint vel voto proprio/ vel ſuperioris iniũcto precepta. Non ita tamen vt accipiamus quaſi velamen malicie libertatem in diuinorum latitudine preceptorũ. ſed bona ⁊ equã fide ſtudeamus ſeruire deo in ſanctitate ⁊ iuſticia coram ipſo omnibus diebus noſtris. nec ita periculum amem⁹ vt pereamus in illo. ·T· Recte colligis. vere ſentis. hec fac vt diligerere deum ex toto corde perfectoq̃ cognoſcaris.

Finit.

## Tractatus doctoris conſolatorij venerabilis magiſtri Johannis de Gerſon Cancellarij pariſienſis de meditatione.

### ·2· Prima conſidera.

Quid ſit meditatio/ ⁊ de triplici oculo.

Meditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper. Felix certe qui cũ propheta poteſt ex ſententia dicere verbũ iſtud. Sed videamus primo quid ſit meditatio cordis. non pro carnali/ ſed ſpirituali corde. Eſt autem meditatio vehemens cordis applicatio ad aliquid inueſtigandum et inueniendum fructuoſe. Et hec applicatio fortis habet difficultatem/ que quandoq̃ eſt maior/ quandoq̃ minor. Quod vt intelligamus preſupponamus ex creditis. ⁊ ab experientia/ cor noſtrum conditum eſſe. ⁊ habere tres ſpecies oculorum. Oculos ſcilicet mentales. ratõnales. ⁊ ſenſuales. Et ex illis eſt vtrobiq̃ vnus oculus in cognitione/ ⁊ alius in affectione. Fundatur hec diſtinctio in quadã alia diſtinctione qua diſtinguimus hominem habere portionem ſeu faciem rationis duplicem. Quarum ſuperior vertitur ad leges eternas/ altera ad tẽporales. neutra tamen in actu ſuo dependet ab organo corporeo. Sub iſtis eſt ratio demerſa corpori que ſenſualitas appellatur. Primus horum oculorum vocatur ab aliquibꝫ oculus mentis. Alter oculus rationis. Terti⁹ oculus corporis.

### Secunda conſide.

Iſte triplex oculus per peccatum conturbatus eſt.

Fuit ab initio bene cõdite rationalis creature talis ordo/ ordiniſq̃ trãquillitas. ꝙ ad nutũ ⁊ meriũ imperium ſenſualitas rõi inferiori/ ⁊ inferior ratio ſuperiori ſeruiebat. Et erat ab inferioribus ad ſupiora pnus ⁊ facilis aſſenſus/ faciente hoc leuitate originalis iuſticie/ ſubuehẽtis ſurſum corda. quẽadmodũ naturaliter ignis ſua leuitate fert ſurſũ. At vero p⁹ꝗ̃ aduerſus dñm ſupremũ ingrata proditio demeruit auferri hãc iuſticiã originalem. ſubintrauit põdus grauiſſimũ ꝯcomitãs peccatũ. qđ miſerã ⁊ captiuã animã trahere nõ ceſſat ad infima/ tanq̃ circũligata ſit funibꝫ. catenis ⁊ cõpedibꝫ vincta. ⁊ in mẽdicitate et ferro. Sicq̃ mõ mirabili. imo cõfuſione miſerabili eſt facta ordinis prioris cõuerſio. imo ꝑuerſio. ꝙ in hõie ſic merſo tenebris ⁊ carcere ceco. conturbat⁹ eſt intra oculus vtriuſq̃ triplex/ ꝑ infectionem in ſenſualitate. ꝑ obnubilatõẽ in inferiori rationis portione. ⁊ ꝑ quãdam excecationem in rationis portione ſuperiori.

### Tertia conſidera.

Meditandi difficultas prouenit ex pena peccati principaliter.

Habemus ecce primariam cauſam difficultatis/ quã in meditatione ſentimus/ quã in habendis ſemꝑ ad dñm oculis experimur. facit hoc penalis grauedo deorſum iugiter impellens. quẽadmodum videre eſt ſenſibiliter in aqueductu. q̃ tota facilitate defluit in ima/ continet autem cũ ſurſum leuat. nõ tamẽ cũ violentia. Non aliter eſt de humano corde/ qđ ad infima pnum leuiter effluit. hacq̃ ⁊ illac veluti ſine retinaculo vel labore deſcendit. Quã facilis eſt/ vt ait poeta/ deſcẽſus auerni. Sed reuocare gradũ ſuperaſq̃ euadere ad auras. hoc opus. hic labor eſt.

### Quarta conſidera. D·

Meditatio nõ ſolum fit in cognitiua ſed etiam in affectiua.

Perſcrutemur conſequenter ex predictis naturam ſeu proprietatem meditationis/ quoniã ex hoc ipſo q̃ neceſſaria nobis ad deũ tendentibus

cxiſtat videbimꝰ. Diximꝰ aũt ⁊ repetimꝰ q̄
meditatio ē fortis ⁊ vehemens applicatio
vel attẽtio aĩ ad aliqđ inueſtigandũ ⁊ inue
niendũ fructuoſe Addimꝰ fructuoſe ne me
ditatio vagat aut in ſupſtitionē/ aut ĩ curio
ſitatē. vel in melancolicā ſtoliditatē. Dica
mus ꝗ ꝯplectẽtes/ q̄ meditatio ē vehemēs
et ſalubris aĩ applicatio ad aliqd inueſti
gandũ/ vel experimētalr̄ ꝯgnoſcẽdũ. Pona
mus hoc vltimũ ꝓpter naturā ipſiꝰ affectio
nis q̄ diuerſa ſortiꝫ noĩa/ ꝓportionaliꝫ ad
ꝯditionē cognitõis. Nõ eñi põt aliter affe
ctio ꝯgnoſci q̃ʒ experimētaliꝫ per eũ qui per
eam afficiꝫ. Quã experimētalis affectõis co
gnitionē/ non põt eam hñs in aliũ verbis
q̄buſlibet fundere/ niſi ſilr̄ affectꝰ ſit ille alr̄
Qm̄ ſolꝰ nouit ſicut in apoc. ſcribiꝫ q̄ acci
pit. Propterea vocaꝫ mãna abſconditum
Exemplũ eſt pſpicuũ in illo q̄ nouit dulce
dinem mellis ſolũ p doctrinā/ ſicut medi
cus ſanꝰ noſcit infirmãtis dolorē. Hec au
tem dulcedo a guſtãte. ⁊ hic dolor ab egro
tante/ longe aliter cognoſcunꝫ.

## Quinta conſidera.

Meditanti neceſſaria eſt longanimitas.
vt ignis deuotionis ardeat.

Perpendimus ex his q̃ꝫ profunde
ſenſerit ꝓpha naturā meditatõnis
dũ ait In meditatõne mea exarde
ſcet ignis. Vtrũqʒ eñi amplexꝰ ē/ ⁊ lumē in
intellectu ⁊ ardorē in affectu. Quãtũ vero
ſit difficile q̄ ignis deuotõis ſpũalis exar
deſcat flatu meditatõis. fiet notũ deſiderã
tibꝫ ignē materialē dũ q̄riꝫ a lignis aquo
ſis viridibꝫ aut luto reſpſis elici. Suffla
quãtũ potes. iterꝫ atqʒ iterꝫ multo conatu
reſuffla. emergit plurimꝰ ab initio fumꝰ cõ
turbãs oculos/ vix emicabit ſcintilla que
mox euaneſcit. Diſpges forſitan iratꝰ ꝯge
ſta prius ligna ſi nõ in lõganimitate pſti
teris/ quā lõganimitatē appellamꝰ h̃ medi
tationē/ aut meditationi ꝯiungendā.

## Sexta conſidera.

Difficile valde eſt dare regulam certam de
modo meditandi.

Meminimus aliquas nos ſcripſiſſe
doctrinas vel induſtrias nedũ lati
no ſed ⁊ gallico ſermone ſup habẽda medi
tatione tali. licet fortaſſis vſi ſimus aliĳs t̃
minis vtpote ĩ tractatulo de myſtica theo
logia/ pte ea q̄ praxim huiꝰ docet/ ⁊ in alte
ro de mõte ꝯtẽplatõis edito/ alteroqʒ rurſũ
de mẽdicitate ſpũali ꝯpoſito. Deniqʒ tãta
repiꝫ difficultas tanta p diuerſitate homi
num varietas in practicando doctrinam
vere ſancteqʒ meditationis/ q̄ an ſilere vel
aliquid ſcribere conſultius ſit videor ego
met mihi quandoqʒ ſub dubio. hincinde
mente fluctuare.

## Septima conſide.

Meditatio eſt vtilis ad contemplationeʒ
et piculoſa ꝓpter indiſcretionē.

Dum eñi recogito/ q̄ abſqʒ medita
tionis exercitio nullus ſecluſo mi
raculo dei ſpeciali ad pfectionem
ꝯtemplatõis dirigiꝫ aut pueñit/ nullus ad
rectiſſimā xp̄iane religionis normā attin
git/ imo vix ſe ꝯponit/ audeo zelans ſancte
meditatõis ſtudiũ ſuadere. At vero dũ to
